Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



17

fiat commixtio. alias quo ad impotentiam aliter se copulantes
ebrijs decrepitis et infantibus eos comparari non est dubiu. auicē
na teste et alijs auctoribus medice artis. Quo fit vt ait hic leopol
dus suum vas iuxta dictu apostoli cum omni sanctitate custodi
ret. non voluptatis sed procurande sobolis gratia et non alit
congrediebatur vxori. Hij ergo sic sanctissimo copulati matri
monio mira cum essent ambo prediti bonitate. ambo
in redemptorem nostrum pientissimi. nilq; indies cogitarēt
nisi quo maxime pacto placere at summo deo gratificari pos
sent. Concordes animi et vno spiu. arbitrati rem gratā altis
simo fore. si quam ere proprio sacram construerēt eidem. cui
quecq; commoda et ministeria presto essent. beate marie
templū condere. in eoq; sancte approbate religionis viros collo
care decreuerunt. Quorum precibus beata dei genitrice in
tercedente salutis eorū eterne felicitas impetraretur. Et cum
de loco edis construende cogitarēt. miraculo datū est (vt in
vrbe roma de niue scribitur) diuina quasi voluntate ventus
coortus. flammeolum agnetis capite leuiter sublatū paul
ab oculis in remota detulit loca. Quod nono post anno ci
relaxandi animi gra vir dei deambularet. oculoq; ad ipsum
verteret suspectum super fruticē illesum et minoratū letabū
dus accepit. dein veluti deo iuente edificatū templū est beate
marie virgini dicatū. conspicuū et opulentū situm in ripa
danubij. octauo a iuerna lapide. duratq; adhuc nouum clau
stri burgum cognominatum. Sed cum eius templi fundamen
ta iacienda essent. proceres et magnates qui cum eo aderant
illud monebant. vt ipse primum in fundamentis poneret lapi
dem. Verum ipse studiosus humilitatis eorū manes monitis sub
ruens. sacerdotum id esse muneris perseuerantes affirmauit.
Nimirum accersitus otijo loci eius positus primus lapidem ie
cit. post alij subsecuti sunt. Infinito operi dotem dedit primi legio
sanxit. ibiq; canonicos quos seculares vocant sacris preesse vo
luit. vbi cum negligentius ministrarēt. canonicos regulares
beati augustini sanctimonia vite preditos et fidelibus gratos
qui adhuc presunt substituit. conuocatis prius ad id opus
conrado salzburgensi tunc episcopo. rainario epo patauiensi.
et romano curiensi epo. alijsq; non spernendis consultoribus.
deinde vt fortius omnia tenerentur ab innocentio secundo

flammeolum